+

ORATIONES II HERMOLAI BARBARI VENETI

DEI patientia Episcopi Veronensis, contra poetas.

Ad reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Petrum tituli S. Marci presbyterum Cardinalem dignissimum.

His superioribus diebus Reverendissime Pater, cum inter nonnullos religio-
sos familiares nostros, eruditos quidem viros, orta esset contentio
quaedam, honestissima sane ac digna, ut utrique magis quam gravissimi viri
aures adhiberent. Quae fuit utrum a Christiano et religioso viro
poetae potissimum essent legendi, multaque ex utraque parte inducerent, tamen
nonnullae quoque fuerunt coram me, tanto studio ac diligentia orationes
habitae, ut non contemnendam esse eam causam existimarim. Verum cum
tandem mihi placuisset ea sententia, ut ad ingenii eruditionem animique
doctrinam non ad voluptatem aut lasciviam legerentur, iuxta canonicas
sanctiones; emersit deinde vir quidam ex his ~~viris~~ coenobii nostrae custodiae
paludibus, qui etsi in ea quam profitetur scientia, doctissimus habeatur,
nescio tamen quo spiritu afflatus tantas in universos ipsius pergrandes
epistola praestantissimae disciplinae laudes congessit, ut non solum poetas, ob
ingenii magnitudinem admiratione dignos iudicaret, sed adeo eos
prosequeretur, ut cum ipsa prope divinitate, mutua quadam quasi sangui-
nis communione, coniungere videretur. Cuius ineptiis cum accessissem,
primo tamen etiam ne existimaret me ob taciturnitatem meam, ipsius
opinionem comprobare, quam stultam et inanem semper fuisse iudicavi,
duabus orationibus meis decrevi, adversus tantam insurgere abortam
in nostra religione insaniam, aut potius ingratitudinem, et spretam
ac ea, a nostrae religionis professione confirmarem. Quarum alteram
studeo declamare scilicet nullam unquam fuisse aetatem, in qua non
semper fuerint abiecti poetae, nec unquam sancti neque theologi neque
divini habiti, praeter unum Orpheum, cui tamen mores ac vitam huiusmodi
fuisse tradunt, ut ab omni pietatis sanctitate, ac virtutis cultu alienissimum...
Alteram vero cum eorum illas quas induxit, ad comprobandam

NB.